Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Salzburg.

Arno Episcopus in Charta possessionum Theodonem et filium ejus Theodobertum varia dedisse testatur.

causa devotionis anno Domini DCCXVII. Aribo in vita S. Corbiniani c. 9, Grimoaldum fratris sui Theodoaldi defuncti uxorem usurpasse, testatur. Liber Donationum Anonymi Ecclesiae Salzburgensis apud Canisium t. VI antiq. lect. hac habet: Dominus Hubertus locum ad Pongou primo cepit construere, et Ecclesiam ibi aedificavit, et consecravit, et concedentibus Ducibus Theodone et Theodoberto filio ejus.

Ex hoc labyrintho ut evadamus, quid consilii? Pagius ad an. 702 sic concludit: Theodo quidem (Corbiniano coaevus) jam a pluribus annis Bajoariae Ducatum administrabat; sed hoc anno illum inter tres suos filios, Theodobertum nempe, Theodebaldum et Grimaldum, partitus est, et Tetrarchiam instituit, parte scilicet Bavaria sibi retenta, et aliis tribus filiis assignatis. Qua Ca Rechinus Sec. VIII annot. 15. Quasi scilicet Theodobertum Theodonis filium fuisse, quantum vis aliis, mihi tamen satis credibilia nondum sunt, quod Theodobertus ante Theodonem et Ducatum occiderit, et mortem oppetierit. Et annot. 16: non in omnibus hallucinatus est Aventinus, dum in vernacula et emendatiore editione f. 274, Theodoberto, quem Theodonis Corbiniano coevi fratrem fuisse existimat, tres filios assignat, Landfridum, Waldramum et Ellandum, veros illius haeredes, sed qui nondum ex ephebis excesserint, quos postea Theodobaldus Theodonis filius educandos susceperit. Porro adverto, Angoberti Theodoni filium a nemine tribui ante Aventinum: ab Anone autem Salisburgensi Episcopo filium Theodoberti discrete appellari apud Canisium ant. lect. t. VI. Cumque idem Aventinus nec Theodobertum, nec Theodobaldum Theodoni filium assignat, sed Theodonem, quem nemo alius: per hunc vel Theodobertum vel Theodobaldum intelligendum esse, non dubito. Praeterea observo, ~~neminem auctorem~~ Theodobertum ac Theodobaldum fratres ~~Theo~~ nusquam convenire; siquidem Grimoaldi ~~fratres~~ Aribo Theodoaldum,
Anonymus Salisb. Theodobertum,
Arnulfus Pocklb. Dietbertum,
Cremifanensis Theobaldum,
Altaichensis Chron. Theodoaldum,
Aventinus Theodonem et Angobertum,
solus Pagius Theodobertum et Theodobaldum
Grimoaldo fratres tribuunt. ~~Hac~~ Quapropter perfuadere mihi nondum possum, ut Grimoaldo plures

Aventinus Ann. l. 2, c. 8: Grimoldus regulus Bojorum (quem c. 7 Theodonis Emmeramo coevi fratrem dixerat) socer Pipini ex hac vita migrat anno septingentesimo nonagesimo quinto. Theodo filius ejus regnum Bojaria obtinet. Uxor ejus Pilsonotka; filii Theodo, Grimoldus, et Angobertus fuerunt. Atque hi quatuor Bojariam in quatuor dividere partes.

Grimoaldi